

Nicolaus Schütze

Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Codicis Prof. ac p.t. Facultatis Iuridicae Decanus, Ad Exsequias, Quas Infanti scitissimo Johanni II Kämtzeler/ Filiolo suo Parentes maestissimi paratas cupiunt; Omnes omnium ordinum cives Academicos peramanter invitat

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771556454>


Druck Freier  Zugang




Schüke, N.,
in J. Kantzeler.

Rost. 1646.

59.





RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

NICOLAUS Schüße / J. U. D.

& Codicis Prof. ac p. t. Facultatis Juridicæ

DECANUS,

AD EXSEQUIAS,

QUAS

Infanti scitissimo

JOHANNI II

Rantzeler /

Filiolo suo

Parentes maestissimi paratas
cupiunt ;

*Omnes omnium ordinum cives Academicos
peramanter invitat.*



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi.

ANNO M. DC. XLVL

12

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

NICOLAUS GÖTTLICH, M.D.

& Codicis Prolocutor, c. Facultatis Juridicae

DECANUS

AD EXERCITIUM

Q. D.

Instituti

JOHANN III

Rector

Titulo

Patris

capituli

Ordinis


procurator



ROSTOCKII

THE ROSTOCK MUSEUM

ANNUM 1614



Everendi, Claris-
simique Viri, Dn. M.
JOHANNIS Rän-
zlers / Pastoris ad D.
Petri vigilantissimi Fi-
liolus unicus hodie
terræ mandandus, &
quasi operimento

matris magnæ obducendus est: infans
X X X hebdomadam. Natus enim anno
superiore a. d. X. Septemb. horâ media X.
vespertina, & postero die sacro Baptisma-
tis lavacro renatus fuit. Die vero VIII. Apri-
lis postquam corpusculum ejus per aliquot
dies morbillis affictum fuisset, paulo ante
horam II. matutinam obiit, imò verius (ut
Poetæ veteris & Christiani versu dicam)

hac commuta vit secula, non obiit.

Destinaverant procul dubio huic JANU-
LO suo mellitissimo Infanti parentes opti-
mi plures vivendi annos: sed DEO ter Opt.

)?(2

Maxi-

Maximo aliter visum fuit, cui ut moderato-
ribus Reip, Salus Populi, Salus Mundi supre-
ma Lex est. Nempe divinum illud Numen di-
sponit ac dirigit omnia, & omnia quidem bo-
no hominis; hominis præsertim Christiani, &
cujusmodi hic etiam fuit, cui funus jam in-
dicimus. Quis enim eum meliore loco posi-
tum non affirmet, postquam anima ejus san-
ctissima è fluctibus vitæ hujus ad portum
beatissimum eluctata est. Tantum abest,
ut partam ei quietem quisquam aut invide-
at, aut nimii luctus quasi ostentatione in du-
bium vocare præsumat, ut potius de beatitu-
dine, in quam delatus est, seriò gratuletur.
Idq; tanto magis, si mala seculi, quæ aut sensi-
mus, aut adhuc timemus agitabit animo ac
contemplabitur. Fuit, fuit illud tempus,
cum sera nostrorum ætas inter vota nostra
eminebat, cum pulcerrimum bonorum
quæ alter alteri precabamur, fastigium erat
Senectus. Nunc quorum morti aut neces-
situdinis, aut conjugii, aut humanæ amici-
tiæ lege non favemus; illi saltem, quominus
reservati in hæc tempora invidemus satis
causæ est. Namquis vitæ vel amor, vel u-
sus

sus esse nunc amplius potest, postquam hic furor armorum non improbos solum, & de malo publico viventes, sed & quos Studiosos ac bonos viros iudices, odiis internecinis invasit. Postquam aliis bellum inferentibus, aliis illatum defendentibus humana atq; divina, publica & privata miscentur, convelluntur? postquam totus orbis terrarum una arena est? inter hæc doloris & querelarum argumenta quid esse putamus, ut Infantulo defuncto longiorem vitam exoptare debuissimus. An vita ipsa? ut scilicet casus simul ejus & molestias morborum, ac quicquid nullis divitiis, virtute nulla ac arte effugimus, diutius experiretur? At nec felicissimis vita suavis est, nec probissimis innoxia. Pleriq; vero amabili hoc errore imbuti sumus, ut non nisi graves annis & vitæ saturos nos mori oporteat: cum hoc ipsum à primis incunabulis agamus, & quævis ætas, dum una alteri in demortuæ quasi locum succedit, clarissimis argumentis huic rei fidem facit. Longè integriores decedimus, cum nondum conversationis humanæ vitiis tam penitus imbuti sumus, neq; animæ è corporis sordibus emergenti & ori-

in is suæ domicilium repetenti inveterata
mala quicquam obstare possunt. Hoc certe
non modo statuerunt omnium ætatum pii
& docti Viri, sed etiam plurimorum exem-
plis compertum habemus: omnem magnis
animis in hoc corporis ergastulo moram
fuisse ingratham, & frequenter cupivisse dis-
solvi ac esse cum Christo. Ad quem etiam
quoniam feliciter jam trans latus est JANU-
LUS & adve^{si} tatibus mundi ereptus veris-
simis Æternitatis gaudiis perfunditur, non
magis illum lugere perget Optimus ejus pa-
rens cum Matre ANNA LUCOVIA femi-
na notæ probitatis, quàm si maris tempesta-
te jactato invidere velint, quod cito ad litus
appulerit. Ita enim se res habet cum mor-
te, quam nos ut scopulum pleriq; declina-
mus, ea instar portus & perfugii parati pu-
tanda est. Vivit Filiolus jam eo loci,
ubi (cum D. Bernhardo loquar) vita sine
morte, dies sine nocte, securitas sine timore,
jucunditas sine dolore, tranquillitas sine la-
bore, pulcritudo sine deformitate, fortitu-
do sine debilitate, rectitudo sine perversita-
te, Christus sine malitia, veritas sine fallacia,
felicitas sine miseria. Imitabuntur, inquam,
Paren-

Parentes Davidem Regem, qui moriturum
filium flebat, mortuum non dolebat. Fle-
bat, ne sibi eriperetur: sed flere desiit erep-
tum, quem sciebat esse cum Christo. Quod
reliquum est, agite Cives Academici & Par-
vuli funus, quod ad H. I. efferetur, frequenti
exequiarum officio celebrate, atq; ita ve-
stram DEO pietatem, JANULO demor-
tuo honorem, Parenti mæstissimo beni-
volentiam præstate P. P. Rostochii
a. d. X. Aprilis! A. 1646.


Conventus fiet in aede Petrina.



Parentes Davidem Regem, qui mortuum
filium habet, mortuum non debebat. Ele-
bat, ne sibi impeterent: sed hinc deum imp-
tant, quem sic habet esse cum Christo. Quod
reliquum est, agit Civis Academicus & Pa-
tristinus, quod H. I. offerent, redpant
exequiarum officio celebrare, ad huc ve-
stiam Deo pietatem, JANUO demor-
tuo honorem, Parenti, maxillimo beni-
volentiam prestat P. P. Roschii

a. d. X. Aprilis, 1646.
Conventus factus in ead. P. r. r. r.







sus esse nunc amplius potest, po-
furor armorum non improbos
de malo publico viventes, sec-
diosos ac bonos viros iudices, o-
cinis invasit. Postquam aliis bell-
tibus, aliis illatum defendenti-
atq; divina, publica & privata
convelluntur? postquam totus
rum una arena est? inter hæc do-
relarum argumenta, quid esse
Infantulo defuncto longiorem
ptare debuissimus. An vita ipsa
casus simul ejus & molestias
ac quicquid nullis divitiis, viri-
arte effugimus, diutius expo-
nec felicissimis vita suavis est,
mis innoxia. Pleriq; vero amal-
re imbuti sumus, ut non nisi gra-
vitæ saturos nos mori oporteat
psum à primis incunabulis agat
vis ætas, dum una alteri in den-
locum succedit, clarissimis argu-
rei fidem facit. Longè integri-
mus, cum nondum conversati
næ vitiiis tam penitus imbuti si-
animæ è corporis sordibus eme-

))(3

